

BENEDICTIONES MENSÆ




Benedictiones Mensæ



ANTE PRANDIUM

Superior incipit:

B  *Benedí-ci-te.*

Et alii repetunt: Benedícite.

O  *-cu-li ómni-um † in te sperant,*




Dómine, † et tu das escam illórum in




témpore oportúno. * Ape-ris tu ma-



num tu-am, et implet omne ánimál be-



nedicti-óne. Gló-ri-a Patri et Fí-li-o: *



et Spi-rí-tu-i Sancto. Sicut erat in prin-



cípi-o, et nunc, et semper: * et in sæcu-



la sæculórum. Amen.

Superior exinde subjungit:




K Ýri- e e-lé- i-son.

Et prosequuntur omnes:




C Hriste e-lé- i-son. Ký-ri- e e-lé- i-son.

Item Superior:



P Ater noster. *secreto.*



Ÿ Et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem.



R̄ Sed líbera nos a ma-lo.

Postea Superior dicit:

O - rémus. Bénedic, Dómine, nos
 et hæc tu-a dona, * quæ de tu-a largi-
 tá-te sumus sumptú-ri. Per Christum
 Dóminum nostrum. R̄ Amen.

Deinde Lector:

J Ube domne benedícere

Benedictio:

M Ensæ cæléstis partí-cipes * fáci-

at nos Rex ætérnæ gló-ri-æ. R̄ Amen.



POST PRANDIUM

Aguntur gratiæ hoc modo.

Dicto a Lectore:

T U autem Dómine, * mi-serére no-

 bis. R̄ De-o grá-ti- as.

Omnes surgunt, et Superior incipit:

C Onfi-te-ántur tibi Dómine óm-


 ni-a ópera tu-a. R̄ Et Sancti tu-i bene-



dí-cant tibi.




G Lóri-a Patri, et Fí-li-o : * et Spi-



rí-tu-i Sancto. R̄ Sicut erat in princípio,



et nunc, et semper; * et in sácu-la sæ-



culórum. Amen.

Postea Superior absolute dicat:

A -gimus tibi grá-ti-as omnípotens

De-us † pro univér-sis bene-fi-ci-is tu-is: *

Qui vi-vis et regnas in sá-cu-la sæculó-


rum. R̄ Amen.

*Deinde alternatim dicitur: Ps. 50. Mis-
erére mei, p. 11, vel Ps. 116. Laudáte Dó-
minum, p. 23.*

Psalmus 50



M I-serére me- i De-us, * secúndum



magnam mi-se-ricórdi- am tu-am.

Et secúndum multítudinem miseratió-
num tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea: * et
a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognó-
sco: * et peccátum meum contra me est
semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci:
* ut justificéris in sermónibus tuis, et vin-
cas cum judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus
sum: * et in peccátis concépit me mater
mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: * incérta
et occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor: *
lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et lætítiam:
* et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis: * et
omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: * et spí-
ritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me a fácie tua: * et spíri-
tum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui: * et
spíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas: * et ímpii ad
te converténtur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus
salútis meæ: * et exsultábit lingua mea justí-
tiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries: * et os me-
um annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísset sacrificium, dedí-
ssem útique: * holocáustis non delectábe-
ris.

Sacrificium Deo spíritus contribulátus:

* cor contrítum, et humiliátum, Deus, non despícies.

Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion: * ut ædificéntur muri Jerúsalem.



Tunc acceptábis sacrificium justítiæ, oblatiónes, et holocáusta: * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sácula sæculórum. Amen.

Postea stantibus omnibus in Choro, dicit Hebdomadarius:

K Yri-e e-lé-i-son. R̄ Christe e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.

Item Hebdomadarius:**P**Ater noster. *secreto.*

Ÿ Et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem.



R̃ Sed líbera nos a ma-lo.

Ÿ Dispérsit, dedit paupéribus.

R̃ Justítia ejus manet in sáculum sáculi.

Ÿ Benedícam Dóminum in omni tém-pore.

R̃ Semper laus ejus in ore meo.

Ÿ In Dómino laudábitur ánima mea.

R̃ Audiant mansuétí et læténtur.

Ÿ Magnificáte Dóminum mecum.

R̄ Et exaltémus nomen ejus in idípsum.

Ÿ Sit nomen Dómini benedíctum.

R̄ Ex hoc nunc et usque in sáculum.

Deinde sine Orémus:

R  Etribú-ere dignáre Dómine, † óm-




nibus nobis bona faci-éntibus propter



nomen tu-um * vi-tam ætérrnam.




R̄ Amen.


Ÿ 


B Enedi-cámus Dómino. (*vel* Dómino).

R̃ 

D E-o grá-ti-as. (*vel* grá-ti-as).

Ÿ 

F Idé-li-um ánimæ per mi-se-ricór-

 di-am De-i requi-éscant in pace.



R̃ Amen.

Pater noster. *totum secreto.*


Quo finito, dicit Hebdomadarius sine cantu:

Ÿ Deus det nobis suam pacem.


R̃ Amen.



ANTE CŒNAM

Superior incipit:



B Ene-dí-ci-te.

*Et alii repetunt: Benedícite.**Deinde Superior incipit, et alii proseguuntur:*



E -dent páuperes † et saturabún-
tur, † et laudabunt Dóminum qui re-



quírunť e-um : * vivent corda e-órum in



sáculum sácu-li. Gló-ri-a Patri, et Fí-



li-o : * et Spi-rí-tu-i Sancto. R̄ Sicut e-




rat in princípío, et nunc, et semper; *



et in sácu-la sæculórum. Amen.

Superior exinde subjungit:




K Ýri-e e-lé-i-son.

Et prosequantur omnes:




C Hriste e-lé- i-son. Ký-ri- e e-lé- i-son.

Item Superior:



P Ater noster. *secreto.*




Ÿ Et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem.



R̄ Sed líbera nos a ma-lo.


Postea Superior dicit:




O - rémus. Bénedic, Dómine, nos



et hæc tu-a dona, * quæ de tu-a largi-



tá-te sumus sumptú-ri. Per Christum




Dóminum nostrum. R̄ Amen.

Deinde Lector:



Ube domne benedícere


Benedictio:




A D cœnam vitæ æternæ * perdú-

IN FINE CŒNÆ


Superior incipit, et alii prosequuntur.




M Emó-ri-am † fe-cit mi-rabí-li-



 um su-órum † mi-sé-ricors et mi-serátor



 Dóminus * escam dedit timéntibus se.



 Gló-ri-a Patri

Tunc Superior dicat:

Benedictus De-us in donis suis †
 et sanctus in ómnibus opé-ribus su-
 is : * Qui vi-vit et regnat in sácu-la
 sæculórum. R̄ Amen.

*Deinde alternatim dicitur (incipiente
 Hebdomadario):*

Laudá-te Dóminum omnes gen-



tes. Laudá-te e-um omnes pópu-li.

Quóniam confirmáta est super nos mis-
ericórdia ejus: * et véritas Dómini manet
in æternum.

Gloria Patri...

*Hebdomadarius autem prosequitur Ký-
rie eléison. et reliqua, ut supra p. 13. Choro
respondente, sicut ibidem notatur.*

*Quando semel comeditur, omnia di-
cuntur ut in Cœna (excepto Psalmo, qui
dicitur ut ad Prandium).*

*Prædictus modus benedicendi mensam
et agendi gratias, servatur omni tempore,
proæterquam diebus infrascriptis, quibus
Versus et Psalmi tantum variantur.*




IN NATIVITATE DOMINI

USQUE AD CŒNAM


VIGILÆ EPIPHANIÆ EXCLUSIVE



V Erbum † caro factum est, alle-lú-



ia : * et habi-távit in nobis, alle-lú-ia.




Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o : * et Spi-rí-tu-i



Sancto. R̄ Sicut erat in princípio, et



nunc, et semper; * et in sácu-la sæculó-



rum. Amen.

Reliqua, ut p. 5 vel 18


In fine dicitur:



Notum fe-cit † Dóminus, alle-lú-



ia : * sa-lutáre su-um, alle-lú-ia. Gló-ri-





a Patri,

Ut supra, p. 8 vel 23

Hebdomadarius incipit:

Psalmus 97*

C  Antá-te Dómino cánticum no-



vum : * qui- a mi-rabí-li- a fe-cit.

Salvávit sibi dextera ejus, * et brachium sanctum ejus.

Notum fecit Dóminus salutáre suum; * in conspéctu géntium revelávit justítiam suam.

Recordátus est misericórdiæ suæ, * et veritátis suæ dómui Israëli.

Vidérunt omnes términi terræ * salutáre Dei nostri.

Jubiláte Deo, omnis terra; * cantáte, et exsultáte, et psállite.

* Vel dicitur Ps. 116 Laudáte Dóminum, p. 23. Qui Psalmus semper ad beneplacitum dici potest etiam in aliis Solemnitatibus (præterquam Tempore Pascali post Prandium.)

Psállite Dómino in cíthara; in cíthara et voce psalmi; * in tubis ductílibus, et voce tubæ córneæ.

Jubiláte in conspéctu regis Dómini: † moveatur mare, et plenitúdo ejus; * orbis terrárum, et qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu; † simul montes exsultábunt a conspéctu Dómini: * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrárum in justítia, * et pópulos in æquitáte.

Glória Patri...


Reliqua ut p. 13




IN EPIPHANIA DOMINI

ET DEINCEPS USQUE AD CENAM


DIEI OCTAVÆ INCLUSIVE




R Eges Tharsis † et ínsulæ múnera



ófferent, alle-lú-ia : * reges Arabum et



Saba dona addúcent, alle-lú-ia. Gló-ri- a



Patri.

reliqua ut supra, p. 5 vel 18

In fine dicitur:

O - mnes † de Saba véni- ent, alle-
 lu-ia: * aurum et thus de-feréntes, alle-
 lu-ia. Gló-ri- a Patri.

reliqua ut supra, p. 8 vel 23

Hebdomadarius incipit:

Psalmus 71

D E-us judi-ci-um tu-um Regi
 da: * et iustí-ti-am tu-am fí-li-o Regis.

Judicáre pópulum tuum in justítia, * et páuperes tuos in judício.

Suscípiant montes pacem pópulo: * et colles justítiam.

Judicábit páuperes pópuli, et salvos fáciat filios páuperum: * et humiliábit calumniatórem.

Et permanébit cum sole, et ante lunam, * in generatióne et generatiónem.

Descéndet sicut plúvia in vellus: * et sicut stillicidia stillántia super terram.

Oriétur in diébus ejus justítia, et abundantía pacis: * donec auferátur luna.

Et dominábitur a mari usque ad mare: * et a flúmine usque ad términos orbis terrárum.

Coram illo prócident Æthíopes: * et inimíci ejus terram lingent.

Reges Tharsis, et ínsulæ múnera ófferent: * reges Arabum et Saba dona addúcent.

Et adorábunt eum omnes reges terræ: * omnes gentes sérvient ei:

Quia liberábit páuperem a poténite: * et páuperem, cui non erat adjútor.

Parcet páuperi et ínopi: * et ánimas páuperum salvas fáciat.

Ex usúris et iniquitáte rédimet ánimas eórum: * et honorábile nomen eórum coram illo.

Et vivet, et dábitur ei de auro Arábiæ, † et adorábunt de ipso semper: * tota die benedícant ei.

Et erit firmaméntum in terra in summis móntium, † superextollétur super Líbanum fructus ejus: * et florébunt de civitáte sicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedíctum in sæcula: * ante solem pérmanet nomen ejus.

Et benedicéntur in ipso omnes tribus terræ: * omnes gentes magnificábunt eum.

Benedíctus Dóminus, Deus Israel, * qui facit mirabília solus:

Et benedíctum nomen majestátis ejus in
ætérrnum: † et replébitur majestáte ejus om-
nis terra: * fiat, fiat.

Glória Patri...

Reliqua ut p. 13



FERIA V IN CÆNA DOMINI

Dicitur absolute et sine nota:

✠ Christus * factus est pro nobis obediens usque ad mortem.

Deinde Pater noster. totum secreto.

Quo dicto, sine pronuntiatione aliqua Superior signo crucis benedicit mensam. Nec dicitur Jube domne benedicere. nec Tu autem.

In fine, repetitur ✠ Christus factus est. ut supra.

Postea Ps. Miserere mei Deus.

Quo finito sine ✠ Glória Patri... secreto dicitur Pater noster.

*Deinde Superior dicit absolute Orati-
onem:*

Réspice, quæsumus Dómine, super hanc
famíliam tuam, pro qua Dóminus noster
Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi
nocéntium, et crucis subíre torméntum.

*Et non prononciatur: Qui tecum. etc.
nec Fidélium ánimæ. sed secreto dicitur
Pater noster. nec additur Deus det nobis
suam pacem.*



IN PARASCEVE

Eodem modo fit sicut in Cœna Domini, sed dicitur:

Christus * factus est pro nobis obœdiens usque ad mortem, mortem autem crucis.

In his duobus diebus gratiarum actio terminatur in refectorio; et in die Parasceves Ps. Miserére. recitatur flexis genibus.



SABBATO SANCTO

Dicitur absolute, sine catu:

✠ Príncipes sacerdotum et pharisæi muniérunt sepúlcrum, signántes lápidem, cum custódibus.

Deinde, Pater noster, totum secreto.

Quo dicto, sine pronuntiatione aliqua, sacerdos signo crucis benedicit mensam, nec dicitur Jube, domne, nec Tu autem.

In fine repétitur:

✠ Príncipes sacerdotum et pharisæi muniérunt sepúlcrum, signántes lápidem, cum custódibus.

Postea Ps. Miserére.

Qui finito, sine versu Glória Patri, secreto dicitur Pater noster.

Deinde sacerdos dicit absolute orationem:

Concéde, quæsumus, omnipotens Deus: * ut, qui Fílii tui resurrectionem devóta expectatióne prævenimus; ejúsdem resurrectionis glóriam consequámur.

Et sub silentio concluditur: Per Christum.




IN DIE PASCHÆ


ET DEINCEPS USQUE AD CŒNAM

SEQUENTIS SABBATI EXCLUSIVE


Ad benedicendam mensam dicitur:



H ÆC di-es, † quam fe-cit Dómi-




 nus, alle-lú-ia: * exsulemus et lætémur



in e-a, alle-lú-ia. Gló-ri-a Patri.

*Reliqua, ut p. 5**In fine repetitur Hæc dies. cum Glória Patri. etc. ut p. 8*

Psalmus 117



C Onfi-témini Dómino, quóni-am
 bonus : * quóni-am in sáculum mi-se-ri-
 córdi-a e-jus.

Dicat nunc Israel quóniam bonus: *
 quóniam in sáculum misericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aaron: * quóniam
 in sáculum misericórdia ejus.

Dicant nunc qui timent Dóminum: *
 quóniam in sáculum misericórdia ejus.

De tribulatióne invocávi Dóminum: *
 et exaudívit me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adjútor: * non timébo
 quid fáciat mihi homo.

Dóminus mihi adjútor: * et ego despí-
 ciam inimícos meos.

Bonum est confidere in Dómino, * quam confidere in hómine:

Bonum est sperare in Dómino, * quam sperare in princípibus.

Omnes gentes circuiérunt me: * et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdántes circumdedérunt me: * et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdedérunt me sicut apes, † et exarsérunt sicut ignis in spinis: * et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Impúlsus evérsus sum ut cáderem: * et Dóminus suscepit me.

Fortitúdo mea, et laus mea Dóminus: * et factus est mihi in salútem.

Vox exsultatiónis, et salútis, * in tabernáculis justórum.

Déxtera Dómini fecit virtútem: † déxtera Dómini exaltávit me, * déxtera Dómini fecit virtútem.

Non móriar, sed vivam: * et narrábo ópera Dómini.

Castígans castigávit me Dóminus: * et

morti non tradidit me.

Aperíte mihi portas justitiæ, † ingrés-
sus in eas confitébor Dómino: * hęc porta
Dómini, justi intrábunt in eam.

Confitébor tibi quóniam exaudísti me:
* et factus es mihi in salútem.

Lápidem, quem reprobavérunt ædificán-
tes: * hic factus est in caput ánguli.

A Dómino factum est istud: * et est mi-
rábile in óculis nostris.

Hęc est dies, quam fecit Dóminus: *
exsultémus, et lætémur in ea.

O Dómine, salvum me fac, † o Dómine,
bene prosperáre: * benedíctus qui venit in
nómine Dómini.

Benedíximus vobis de domo Dómini: *
Deus Dóminus, et illúxit nobis.

Constitúite diem solémnem in condén-
sis, * usque ad cornu altáris.

Deus meus es tu, et confitébor tibi: *
Deus meus es tu, et exaltábo te.

Confitébor tibi quóniam exaudísti me:
* et factus es mihi in salútem.

Confitémini Dómino quóniam bonus:
* quóniam in sáculum misericórdia ejus.
Glória Patri...

Reliqua ut p. 13

A cœna Sabbati in Albis usque ad Ascensionem, Bededicto communis, ut supra, p. 17 vel 3, sed loco Ps. Miserére dicitur supradictus Ps. Confitémini.



IN ASCENSIONE DOMINI

A CÆNA VIGILIÆ ASCENS

USQUE AD VIGILIAM PENTECOSTES

EXCLUSIVE



A - scéndit De-us † in jubi-la-ti-óne,



 alle-lú-ia : * et Dóminus in voce tubæ,



 alle-lú-ia. Gló-ri- a Patri.

Reliqua ut p. 5 vel 18

In fine dicitur:



A - scéndens Christus † in altum,



alle-lú-ia : * captívam duxit capti-vi-tá-




tem, alle-lú-ia. Gló-ri- a Patri.

Reliqua ut p. 8 vel 23


Psalmus 46



O - mnes gentes pláudi-te máni-



bus: * jubi-lá-te De-o in voce exsulta-ti-



ónis.

Quóniam Dóminus excélsus, terríbilis:
* Rex magnus super omnem terram.

Subjécit pópulos nobis: * et gentes sub
pédibus nostris.

Elégit nobis hereditátem suam: * spé-
ciem Jacob, quam diléxit.

Ascéndit Deus in júbilo: * et Dóminus
in voce tubæ.

Psállite Deo nostro, psállite: * psállite
Regi nostro, psállite.

Quóniam Rex omnis terræ Deus: * psál-
lite sapiénter.

Regnábit Deus super gentes: * Deus se-
det super sedem sanctam suam.

Príncipes populórum congregáti sunt
cum Deo Abraham: * quóniam dii fortes
terræ veheménter eleváti sunt.

Glória Patri...

Reliqua ut p. 13



IN PENTECOSTE

A VIGILIA EJUSDEM INCLUSIVE

USQUE AD CŒNAM SEQUENTIS SABBATI
EXCLUSIVE

S
Píri-tus Dómini † replévit orbem

terrárum, alle-lú-ia : * et hoc quod cón-

tinet ómnia, sciéntiam habet vocis, alle-

lú-ia. Gló-ri-a Patri.

Reliqua ut p. 5 vel 18

In fine dicitur:



R Eplé-ti sunt omnes † Spí-ri-tu




 Sancto, alle-lú-ia : * et cœpérunt loqui,




 alle-lú-ia. Gló-ri-a Patri.

Reliqua p. 8 vel 23

Psalmus 47



M Agnus Dóminus et laudábi-lis ni-



 mis * in ci-vi-tá-te De-i nostri in mon-



te sancto e-jus.

Fundátur exsultatióne univérsæ terræ
mons Sion, * látera Aquilónis, cívitas Re-
gis magni.

Deus in dómibus ejus cognoscétur, *
cum suscípiet eam.

Quóniam ecce reges terræ congregáti
sunt: * convenérunt in unum.

Ipsi vidéntes sic admiráti sunt, † contur-
báti sunt, commóti sunt: * tremor appre-
héndit eos.

Ibi dolóres ut parturiéntis: * in spíritu
veheménti cónteres naves Tharsis.

Sicut audívimus, sic vídimus in civitáte
Dómini virtútum, † in civitáte Dei nostri:
* Deus fundávit eam in ætérnum.

Suscévimus, Deus, misericórdiam tuam,
* in médio templi tui.

Secúndum nomen tuum, Deus, sic et
laus tua in fines terræ: * justítia plena est

déxtera tua.

Lætétur mons Sion, et exsúltent fíliæ Judæ: * propter judícia tua, Dómine.

Circúmdate Sion, et complectímini eam: * narráte in túrribus ejus.

Pónite corda vestra in virtúte ejus: * et distribúite domos ejus, ut enarrétis in progénie áltera.

Quóniam hic est Deus, Deus noster in ætérnum, et in sæculum sæculi: * ipse reget nos in sácula.


Glória Patri...

Reliqua ut p. 13



IN CŒNULA SEROTINA

QUÆ FIT IN DIEBUS JEJUNII

Ad benedicendam mensam, dicitur:**B** Ene-dí-ci-te.

R̄ Benedícite.

**C** Olla-ti-ónem servórum su-órum *


benedi-cat Christus Rex Ange-ló-rum.



R̄ Amen.


Non dicitur Jube domne. sed in fine Tu autem.

Tunc surgent omnes, more solito, et superior dicit:



S IT nomen Dómini benedíctum.

R Ex hoc nunc et usque in sáculum.



R Etribú-ere dignáre Dómine, † óm-nibus nobis bona faci-éntibus propter nomen tu-um * vi-tam ætérrnam.



R̄ Amen.

B E-nedi-cá-mus Dó-mi-no.




R̄ De-o grá-ti-as.

F Idé-li-um á-nimæ per mi-se-ricór-



di-am De-i requi-éscant in pace.



R̄ Amen.

Rursum Superior dicit:

Pater noster. totum secreto.

Deinde :

Ÿ Deus det nobis suam pacem.

R̄ Amen.



IN FERIIS IV, V ET VI

MAJORIS HEBDOMADÆ

*Ante cœnulam dicitur ̄ Christus...
Deinde: Pater noster. totum secreto. Quo
absoluto, Superior benedicit mensam cum
silentio, et dat signum ut Fratres inclinati
surgant.*

*In fine cœnulae dicitur iterum ̄ Chris-
tus..., cui additur Pater noster. secreto.*

Sic autem dicitur versus:

FERIA IV.

Christus * factus est pro nobis obédiens
usque ad mortem.

FERIA V.

Christus * factus est pro nobis obédiens
usque ad mortem, mortem autem crucis.

FERIA VI.

Christus * factus est pro nobis obédiens
usque ad mortem, mortem autem crucis.
Propter quid et Deus exaltávit illum,
et dedit illi nomen quod est super omne
nomen.



INDEX

Ante prandium	3
Post prandium	8
Ante cœnam	17
In fine cœnæ	22
In Nativitate Domini	25
In Epiphania Domini	29
Feria V in Cœna Domini	34
In Parasceve	36
Sabbato sacto	37
In die Paschæ Tempore Paschali	39
In Ascensione Domini	44
In Pentecoste	47
In cœnula serotina	51
In Feriis IV, V, VI Majoris Hebdomadæ	55



Hic liber factus est pro Monasterio Sancti Benedicti,
Nursiæ, A.D. 2008.

[http://home.gna.org/gregorio/.](http://home.gna.org/gregorio/)